

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CLVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

tas partes secundum formam quarundam litterarum patentium concordavit : Nos verò qui bonum pacis diligimus, & ex regalis equitatis iustitia affectare debemus, predictum arbitrium & Complanationem Discordie secundum quod in patentibus Litteris continetur ratam & gratam habentes presentis scripti patrocinio communimus apponentes nostre majestatis Sigillum - - - Datum Hagenowe XIIJ. Kal. Maij. Indict. IIIJ. anno Domini M.CC.LXXVI. regni verò nostri anno tertio.

CLVI.

MARCHIO HEINRICUS II. DE HACHBERG CAPITULO MAJORI CONSTANTIENSI ABBATIAM TENNEBACENSEM COMMENDAT.

A N N O M C C L X X V I.

Ex Tabulario Tennebacensi.

Venerabilibus in Christo Dominis Preposito-Decano ceterisque Constant. Ecclesie Canonicis HEINRICUS *Marchio de Haberg* cum omni reverentia & obsequio paratam ad quolibet beneplacita voluntatem. Quoniam Dominus ac pater noster bone memorie *Heinricus Marchio* religiosus in Christo viris Abbati & Conventui de Thennibach ordinis Cyster. pro remedio anime sue ac omnium progenitorum suorum curiam suam sitam in villa *Muosbach* cum omnibus ejusdem curie appendiciis & specialiter

cum jure patronatus ecclesie prefate ville contulit, ea videlicet intentione, ut fructus prefate ecclesie ad mensam eorundem Dominorum perpetuo deservirent; in cujus curie corporali possessione nunc sunt & multo tempore jam fuerunt, nullam tamen adhuc gratiam in ipsa sunt ecclesia consecuti. Cum igitur ad presens in dicto Monasterio Thennibacensi superextreverit numerus personarum Deo ibidem continue militantium ac gravi debitorum pondere domus eadem sit oppressa, vobis universis & singulis supplicamus cum ipsis & pro ipsis monachis monasterii memorati cum affectu omni precum instantia qua valemus, quatenus intuitu Dei ac pretextu nostre dilectionis & servicii perpetui oppressionem dicte Domus misericorditer considerantes vestro favore consilio & auxilio ipsis sicut vestri indiguerint prodesse dignemini, assistere & favere, ut fructus prefate ecclesie in *Muosbach* usibus eorundem monachorum specialiter deputentur. tantum in hoc casu pro nobis facientes ut nostras sibi apud vos preces sentiant profuisse. & ut vobis ad quolibet simus servitorum genera promptiores. Et in evidenciam premissorum presentes vobis litteras misimus sigilli nostri Karaktere consignatas. Datum Halberg Anno Domini M.C.C.LXX. sexto VIII. Idus Julij.
